

humane conditionis exureret. Unde & dñs ait
 Ignem ueni mittere in terram. **A**duestit igitur
 vir doctus. & præsagus futuri: superna mysteria
 & ideo secundum oracula. occidit vitulum. a patre
 suo idolis deputatum. & ipse septuennē alium vi-
 tulum immolauit dō. Quo facto manifestissime
 reuelauit. post aduentum dñi omnia gentilitatis
 abolenda sacrificia: solumq; sacrificium dō domini
 & passionis: pro redemptione populi deferendum.
 Et enim vitulus ille erat in typo xp̄i. In quo septem
 spiritualium plenitudo virtutum. sicut esaias dixit
 habitabat. Hunc vitulū & abraham obtulit. quan-
 do diem dñi vidit & gavisus est. ^{f. xp̄i} Hic est qui nunc
 in hedi typo. nunc in ouis. nunc in vituli offerebatur;
 Hedi. quod sacrificium pro delictis sit. Ouis. quod
 voluntaria hostia. ^{ti} Vitulus. quod immaculata sit vic-
 tima. Praevidit ergo mysterium sēs gedeon.
 Deniq; trecentos elegit ad proelium. ut ostenderet
 non in numero multitudinis. sed in sacramento crucis
 mundum ab incur-su grauiorum hostiū liberandum.
 Et tamen licet fortis & fidus. pleniora adhuc dedno